

p. Idem apud Euseb. 1.6. Histor. Eccl. 6.5. q. Euseb. Hist. Eccl. 1.3. c. 3. & 32. & alibi

r. Videri possunt testimonia congeſta apud Spanhem. Tract. de Authore Ep. ad Hebr. part. 1. c. 6. Tillemont. not. 72. in S. Paul. Mill. Prolog. Ep. ad Hebr. s. Hier. Catal. de Cajo: & Euseb. 1.6. c. 14. t. Hier. in Ezech. 28. u. Idem in Matth. 16. x. Idem in Ep. ad Tit. 2. y. Idem Ep. 129. Hanc Epistolam, qua inscribitur, ad Hebræos, non solum ab Ecclesiis Orientis, sed ab omnibus retrò Ecclesiis, & Græci sermonis Scriptaribus, quasi Pauli Apostoli suscipi. 2. Aug. 1. 16. de Civit. c. 22. a. In Ep. ad Rom. Exposit. inchoata p. 931. n. 11. b. De peccat. merit. 1. 1. c. 27. * Euseb. 1. 3. b. Hist. c. 3. c. Philast. ha. ref. 41.

præferri sâteretur: & si huc usque aliqua Ecclesia Pauli nomine legit, suam ab ea traditionem non esse dimittendam statuit (p): Non enim, inquit, eam frustra Veteres Paulo tribuerunt. Eusebius Cæsariensis pluribus in locis huc sententiæ subscribit (q). Dionysii Episcopi Epistola, sicut Literæ Antiocheni Concilii ad Paulum Samosatenum, S. Athanasius, Cyrillus Hierosolymitanus, Basilus, Gregorius Nazianzenus, Gregorius Nyssenus, Amphilo-chius, Epiphanius, Concilium Laodice-num, omnes denique Græci hanc ad Hebræos Epistolam S. Paulo adscribunt (r). Latini Patres inter se non omnino co-hærent S. Cajo Ecclesiæ Romanæ Pres-byter, tertii sæculi Scriptor, hac ad Hebræos S. Paulo creptâ, cæteras ejus Epi-stolas tresdecim tantummodò recentet (s); Epistolas quoque Pauli tresdecim tantum enu-merans, decimam quartam, qua fertur ad Hebræos, dicit ejus non esse. Quibus ad-dit Hieronymus; Sed & apud Romanos usque hodie quasi Pauli Apostoli non ha-betur. Cùm verò S. Doctor eam Episto-lam allegat, ut plurimum animi sui ambi-guitatem præfert: ait v. g. (t), Si quis tamen ad Hebræos Epistolam suscipit; vel (u); Licet de ea multi Latinorum dubi-tent, qua scribitur ad Hebræos; vel deni-que (x); Relege ad Hebræos Epistolam Pau-li Apostoli, sive cujuscumque alterius eam esse putas. Cùm nihilominus ad Dardanum scribit (y) ab omnibus Orientis & Græciæ Ecclesiis eam S. Paulo adscribi testa-tur; & si Latinorum quis adhuc ambigit, per se fatuus esse dicit, ut cum Veteri-bus ea de re conveniat. Quamvis Augustinus suâ etiam ætate alios sciret (z), qui hanc Epistolam Saulo eriperent, & alios, qui inter Canoni-cas recensere formidarent (a), quòd D. Pauli nomen in ea non invenirent, Orien-tis nihilominus Ecclesiarum, sicut & cæ-teras S. Pauli, & hanc veluti canonicam suscipientium auctoritati adharendum sta-tuit (b); quam & ipse interdum Pauli no-mine allegat, sæpius, tamen Epistolam ad Hebræos tantummodo appellat. Ex Latinis Patribus nemo occurrit, qui tribus prioribus Ecclesiæ sæculis Pauli no-mine aperte produxerit. Quædam Opera S. Cypriano falsè adscripta, v. g. Liber de Operibus Cardinalibus, & Symboli expo-sitio, veluti ab Apostolo contextam alle-gant; nunquam tamen ita præfertur in-genuis hujus Patris Operibus. An Pau-li hæc fuerit, Eusebii Cæsariensis ætate (*) inter Ecclesiæ Romanæ Authores adhuc non convenerat. Philastrius à pluri-mis S. Paulo eam eripi testatur, unâ verò hanc opinionem hæresis nota inurit (c). S. Isidorus Hispalensis in suo Opere de Ecclesiasticis Officiis, & Rabanus Maurus de Clericis educandis, seu veterum, v. g. Hieronymi, testimonia tantum transcripserint, sive alicujus sibi coævi Authoris sententiam produxerint, plures Latinos an Apostolus hanc Epistolam tradiderit, adhuc ambiguos tum fuisse enunciant: Ad He-

bræos Epistola plerisque Latinis ejus esse incerta est, propter dissonantiam sermonis. Hæc omnium validissima sunt, qua ad nostram sententiam oppugnandam afferantur. Quibus tamen testimoniis objicien-da omnium Latinorum Patrum autori-tas & consensus, qui à quarto & quinto ab hinc sæculo Pauli nomine eandem Epi-stolam allegarunt [d]. Hujusmodi sunt SS. Hilarius, Ambrosius, Presbyter Ro-manus Faustinus, Gaudentius Episcopus Brixienſis, Rufinus, Paulinus, Innocen-tius I. in Sacrorum Librorum Catalogo, Idacius, Bacchiarus, Sedulius, Cassianus, Cerealis, Faustus Regienſis, Victor Uuenc-sis, S. Gregorius Magnus, & alii sexcen-ti; omnes enim sermè Patres, & Conci-lia illo ab hinc tempore in hanc senten-tiam convenere. Ex Recentioribus paucissimi sunt, qui sibi peculiarem opinionem invexerint. Grotius Epistolam hanc S. Luca adscri-bit (e); Clementi Papæ Erasmus (f); Lu-therus (g), & Beza (h) Apollo; D. Bar-nabæ Camero (i); aut S. Luca, aut S. Clementi Calvinus; Joseph Scaliger Hel-lenistæ cuidam (k); Ludovicus Vives (l), Cardinalis Cajetanus (m), Erasmus, Schmi-dius, Tanaquillus Faber (n), Salmasius (o), & fortè alii nonnulli, an verè Apo-stoli habenda sit, ambigebant. Quanti ve-rò paucissimos hos Criticos faciam, si cum sermè innumericis ætatum, Societatum, & Communiorum omnium Scriptoris con-ferantur, qui unâ voce Epistolam ad Hebræos S. Paulo adscribendam esse censu-runt? Objectiones, quæ hanc sententiam oppugnant, facile etiam evertimus; quas equidem, cum ad versas reselleremus opinio-nes, aliquatenus jam refutavimus. Vali-dissimum adversari argumentum inde edu-cunt, quòd hujus Epistolæ stilus à cæte-ris Pauli Epistolis longissimè abſit. De hac, quam perspicuam ducimus, dissonantia non disceptamus. Anne, quod & nunc sæpè accidit, suum stilum in alium Paulus convertere non potuerit? Anne Epistolam, Tractatum, Dissertationem di-versimodè non intexuerit? Utrum hæc ad Hebræos Epistola, seu Liber fuerit, adhuc incertum. Epistolarum modo planè non incipit; Author insuper de operis brevi-tate excusationem postulat (p). Si Liber, utique perbrevis; si Epistola, longa ni-mium. Paulus præterea aut Luca, aut Clemen-tis operâ uti fortè non valuit, ut stilo pol-itori hanc Epistolam instrueret (q)? Ita in dies amicorum operâ solemus exerci-tationes nostras restaurare, ut rudiores phra-ses expoliant, ut denique de his idioma-tis erroribus, in quos vel diligentiores sæ-pè incidunt, admoneant. Quin Pauli sen-sus in aliis ejus Epistolis minuerentur, utique & clariores reddi possent & ele-gantiores. Quod fortè & huc Epistola contigit. Eorum hic sententiam præteri-mus, qui Epistolam à Paulo Hebræicè pri-mum exaratam; & ab alio deinde Græcè redditam arbitrantur. Quod nos utique nul-

d. Vide apud Spanhem. tract. de Authore Ep. ad Hebr. part. 1. c. 7.

e. Grot. in Epist. ad Hebr. f. Erasmus in c. 12. ad Hebr. g. Luther. in Genes. 48. 20. h. Beza in Ep. ad Hebr. i. Camero qu. 2. in Ep. ad Hebr. k. Joseph. Scalig. in excerpt. voce Hellenistæ. l. Lud. Vives in Lib. 16. c. 22. D. August. de Civit. in Ep. ad Hebr. m. Tanaq. Fab. 1. 2. Ep. 14. o. Salmas. de Primatu Papæ ap. parat. p. 19.

p. Hebr. 13. 22. Et enim per paucis scripsi vobis. q. Origen. apud Euseb. Histor. Eccl. 1. 6. c. 25. Est. in Ep. ad Hebr. qu. 24. Bellarm. 1. 1. de Verbo Dei c. 27. Hippius Prolegom. in Epist. ad Hebr.

nullatenus defendi posse paulè post ostendimus. Spanhemius, qui in hanc rem labo-ris plurimum impendit, hujus Epistolæ stilum ab aliis Pauli Epistolis non longissi-mè distare testatur; plurimasque phra-ses, quæ in cæteris occurrunt, eadem ratio-nia, eandem methodum, eandem periodos, ipsos Pauli hebræismos, rariores quidem & politiores, satis tamen perspicuos, etiam huic Epistolæ ita interſeri ostendit, ut ejus Author, sicut & cæterarum, Paulus aper-tissime dignoscatur.

ARTICULUS II.

Quonam idiomate hæc Epistola scripta fuerit?

Duplex hac de re sententia, quarum altera Hebræicè, altera Græcè scri-ptam defendit. S. Clemens Alexandri-nus (r), Eusebius (s), Theodoretus (t), Græcus Anonymus apud Occumenium (u), S. Hieronymus (x), & nonnulli Recen-tiores (y), S. Paulum quòd ad Judæos scriberet, patrio eorum idiomate ad eos Epi-stolam hanc dedisse, & S. Lucam, seu S. Clementem Græcam illam reddidisse suspi-cati sunt. Hinc, juxta Hieronymum, factum est, ut præ cæteris elegantior sit; etenim Paulus, quòd Judæus esset, pro-prio idiomate compositus scribebat, quam scriberet extero; Lucas verò, qui Græcè eam descripsit, præ Paulo Græcum cal-lebat. Quare mirum non fuerit, si Epi-stolam Hebræicè locutione disertè editam, elegantem in Græcam tranſtulit. Scripsit, inquit Hieronymus ut Hebræus Hebræis Hebræicè, id est suo eloquio discretissimè, ut ex qua eloquenter scripta fuerant in Hebræo, eloquentius vertenterentur in Græcum; & hanc causam esse, quòd à cæteris Pauli Epistolis discrepare videatur. Pauli Originale Hebræum brevis deper-ditum fuisse ferunt, cum ex Veteribus ne-mo unus se vel vidisse, vel novisse memine-rit. Quod tamen admirationem non inge-rat, cùm S. Matthei Evangelium pluri-mis in locis maximo honori habitum, & ab Origene, & Hieronymo perlectum, duo-decim ab hinc retro sæculis penitus inter-ciderit. Nil felicitis & huic Epistolæ for-tè obtigit. Ejus autem Græca versio, quam Lucas reddidit, facile in causâ fuit, ut in Hebræo Originali servando studium re-missus adhiberetur; cum omnes & Palæ-stinæ & Provinciarum Judæi ad Fidem conversi Græco idiomate vulgò loque-rentur. Eruditi nonnulli, ut Vidmanstadius, & Guido Fabricius, qui omnium primi No-vum Testamentum Syriacè excusum edi-derunt, Epistolam ad Hebræos, qua nunc Syriacè extat, Pauli Originale duxerunt. Paulum enim, & quidem jure, Syriaci idiomaſis peritum putabant: quod sanè idioma & Judææ, & Syriæ Hebræi tan-quam vernaculum adhibebant. Verunta-men ipse Textus Syriacus hanc opinionem Dissert. Calmes Tom. II.

refellit, plura suppeditans argumenta, quæ versionem uti que vetustissimam à Græ-co depromptam esse satis ostendunt. Extat etiam hæc Epistola Hebræicè edita, quam tamen recentiore esse versionem, & à Græco desumptam omnes conveniunt. Qui primùm Græcè scriptam defendunt, infrequentiores sunt numero, sed validioribus præstant argumentis. Clemens Alex-andrinus, Eusebius, & Hieronymus, qui Hebræicè primò editam credidere, auctori-tate sua Veterum plerisque in eandem sententiam impulerunt. Quæ quidem opi-nio ad id contulit, ut difficultatem à stil-i diversitate deductam, & eos, qui Epi-stolam S. Paulo adscribunt, quammaximè urgentem, facile solverent. Paulus enim, inquit, Hebræicè scripsit, adeoque elo-quentius, cùm patrio & naturali idioma-te scriberet. Stili verò similitudinem inter Epistolam ad Hebræos, Epistolam Cle-mentis Papæ, & Acta Apostolorum, inde ortam statuunt, quòd Epistolam illam Lucas, seu Clemens ex Hebræo in Græ-cum tranſtulissent. Si verò hæc propiùs dispiciamus, nil fortè nobis levius, nihil infirmius. Cle-mens Alexandrinus Hebræum Originale neque oculis vidisse se asserit, neque agno-visse nomine, sed conjectando tantum me-minit. Apud Origenem (z) rerum harum peritissimum, & Hebræis Originalibus in-vestigandis prorsus additum, mirum de eo silentium: qui tamen hanc Epistolam Græ-cè exaratam memorat; stili verò diversita-tem in S. Clementem, aut S. Lucam re-ferit, qui de S. Pauli consensu, suâ elo-quentiâ eandem Epistolam exornaverint. Eusebius & Hieronymus neque rem inve-ſtigarunt diligentius, neque Hebræum Originale agnovere; quod sanè minime ex-titisse præfertur, cum eorum uterque in id genus monumentis effodiendis solertis-simè laboraverint. Hebræum Matthei Evan-gelium, quòd eorum adhuc ætate extaret, & produciunt, & allegant; nunquam verò Hebræam ad Hebræos Epistolam. Si quis Syriæ, & Palæstina: Hebræos, ad quos potissimum Epistola directâ dici-tur, nonnisi Hebræicè loqui solitos arbi-tretur, ipse se decipiatur; hæ enim Pro-vinciæ Græcum aequè ac Hebræum vulgò adhibebant (a). Si verò cum Spanhemio [b] ad omnium Provinciarum Orienta-lium Hebræos Epistola missa statuatur, ut Hebræicè scriberetur, nil postulasset; in-omnibus enim Orientis regionibus, in quibus Israëlita degebant, ab Alexandri Ma-gni victoriâ, Græcum idioma ita invalue-rat, ut Hellenistarum plerique, qui incol-ebant Provincias, vel Syriacam ignora-rent (c). S. Petrus, S. Jacobus, & S. Joan-nes, aequè ac S. Paulus, ad Hebræos, non Hebræicè tamen, sed Græcè scripsere; cur igitur & Paulus ad eos Hebræicè scripserit? Quòd Hebræum idioma patrium, & natu-rale Paulo fuerit, vernaculum autem, ut ajunt, idioma perfectius quam exterum callemus: Duo hic falsa. 1. Naturale Pau-li idioma Græcum quidem fuit; Tharsi enim

z. Origen. apud Euseb. 1. 6. c. 26. Hist. Eccl.

a. Talmud Me-gilla. fol. 71. col. 2. & 3. & in Sota fol. 21. col. 2. & in Sebekalim par. 3. balac. 2. b. Spanhem. part. 1. c. 2. de Auth. Ep. ad Hebr. c. Hieronym. Prolegom. in Ep. ad Galat.

enim celeberrimæ urbis cives, Cilicij Metro- polis, quæ scientiam & dicendi venustatem eguè ac Alexandria & Athenæ ostenta- bat (d), Græco idiomate loquebantur, cuius utique Paulus peritissimus & Poetas evol- verat. Quod vero ejus Epistolæ nobis ob- scura videantur, in causa est cum nostrâ Græci idiomatis ignorantia, tum Viri inge- nium acutus, vividum, atque fecundum. Ne- que profecto ea sibi obscuritas Hebraici idio- matis indoli tribuenda esset; quippe quod ad ejus potius lumen & claritatem idcirco contulisset, quod ab iis inversionibus, & trans- positionibus, quibus Græcum difficile sæ- pè redditur, prorsus abhorreat. Græcum igitur Paulo naturale; Hebræum per studium paratum. 2. Naturali ornatu quàm per studium acquisito idiomate nos semper lo- qui, minimè constat; contrarium potius experimento pluries compertum. Quare li- cèt Syriacum Paulo naturale, & Græcum per studium comparatum fateremur, adhuc is elegantius minus, minisque disertè Græ- co quàm Syriaco idiomate loquutus, jure non inferretur.

Græcè verò primùm scriptam fuisse, ipsa per se Epistola satis ostendit. Allusiones in ea, quæ tantùm in Græco valent (e); phrasæ, periodi, stilus perspicuum & qui- dem origine, non versione Græcum præ- ferunt. Pauciores in hac, quàm in cæteris Pauli Epistolis, hebraismi; quos, si Hebraicè primùm, vel Syriacè scripta fuis- set, frequentiores utique reperiremus. Ejus Author non juxta Hebræum, sed juxta Græcam Versionem Scripturas allegat, & ratiocinationes à Græcarum vocum signifi- cationibus juxta Hellenistarum, seu Græ- corum stilum, depromptas quandoque in- terferit; quæ si Hebraicarum vocum valo- rem fervent, vim omnem amittunt. Sep- tuaginta ex. g. Hebræum Berith ut pluri- mùm vertunt Diatheke. Berith fœdus, Diatheke Testamentum sonat; quare juxta Hellenistarum idioma confirmare Testamen- tum fœdus confirmare significat; Hujus Epi- stolæ Author, nullâ habitâ ratione Hebraicæ significationis vocis Berith, Diatheke, testamentum, usurpat; & hinc ratiocinium deducit, quod ad fœderis valorem nullatenus refertur. Hebræorum denique, de qui- bus meminit, nomen, v. g. Melchisedech, interpretationem exhibet (g), unde argu- menta depromit: quæ, si Epistola scripta fuisset Hebraicè, frustrâ, & extra rem- prorsus cederent.

Veteres, qui hanc Epistolam à S. Cle- mente Græcè versam duxerunt, in quam sententiam, post Eusebium Casariensem, vulgò concessum est, S. Clementem He- bræum natu minimè fuisse, ipsumque He- braici idiomatis peritum nullo argumento exhiberi posse non animadvertunt. Pri- sci saltem Scriptores eundem aut Græcum putarunt, aut Romanum. Nulla itaque veri species, quod Epistolam ad Hebræos ex Hebræo in Græcum transtulerit. Qui ve- rò eidem Clementi Epistolam omnino ad- scribunt, meliori quidem ratiocinio ducunt, sed falsum prorsus enunciant, ut nos præcedenti articulo satis ostendimus. Hu-

jus igitur Epistolæ Author certè Paulus, qui eandem, sicuti & cæteras, Græcè exa- ravit. Ita Origenes, & Critici peritio- res (h).

ARTICULUS III.

Ubi, quando, ad quos, & qua oc- casione hac Epistola scripta fuerit.

Ante Jerosolymitani Templi ever- sionem hac Epistola scripta esse ex iis satis præfertur, quæ de Sacerdotibus & Legis Sacrificiis Author enunciat; qui adhuc eandem in Italia se dedisse ostendit, quod Hebræis Italorum Fratrum nomine valedicat (i): Salutant vos de Italia Fra- tres. S. Chrysostomus (k), Theodoretus [l], Mf. Alexandrinum (m), aliique non- nulli Romæ scriptam esse perhibent (n), paulo ante, vel paulo post quàm Paulus suis vinculis solveretur: alii verò in qua- dam ex Italia Urbibus datam malunt; si enim Romæ scripsisset, Apostolus, id sal- tem vel insinuasset, neque Hebræos Italo- rum, sed Romanorum Fratrum nomine salutasset.

Utcumque id fuerit; eam profecto scri- psit, cum vinculis omnino solutus, vel proximè solvendus esset, de his enim, ve- luti de re præterita meminit (o): Nam & vinculis meis compassi estis; seque unâ cum Thimotheo ad eos adventurum pollicetur. Nos itaque cum veterum & recentiorum Interpretum, & Cronologistarum pluri- mis [p], anno Christi 63., Neronis imper- rantis 10. hanc Epistolam Paulum dedisse tum credimus, cum postquam biennio Ro- mæ carcere detentus fuerat, tandem fuit à Nerone dimissus. Paulò post quàm ad Philip- penfes (q) & ad Philemonem (r), scripsit, quos etiam se citius invisurum spondet.

Cum Judæi increduli Fideles Hebræos acriter vexarent (s), cumque eorum bona impunè invadentes ad miseriam egesta- tem eos redegerint (t); miserorum solatio hanc potissimum ad eosdem Epistolam misisse Apostolum arbitramur, qua ad pa- tientiam, & ad Divini Judicii expectatio- nem omnes hortatur: unâque fortè studet, ut à mœrore quem de Jacobi Minoris sui Episcopi, circiter ante annum, Ana- no jubente, à Templi fastigi deturbati fu- nere perceperant, animos erigant, solatio- que acquiescant (u). Huc fortè intuebatur, cum scriberet (x): Memento Præpositorum vestrorum, qui vobis loquuti sunt verbum Dei, quorum intuentes exitum, conversatio- nis imitamine fidem. Gratias præterea iis agit, quod sibi vinculis obstricto con- dulsissent (y).

Cum veritatis lumen in omnes regiones effundere appeteret, & de Legalium, & Sacrificiorum, quæ in Templo offereban- tur, vanitate, sicut sibi persuasum fuerat, ita cæteros persuasos vellet, de Christi ma- gnitudine primò sermonem instituit, eum- que laudibus cumulatum & Angelis, & Moyfi præfert. Ejus deinde Sacrificii, &

h. Epi. Proleg. in Ep. ad Hebr. Du Pin. Spanhem. de Auth. Ep. ad Hebr. p. 2. c. 2. Mill. var. lect. in Ep. ad Hebr. Grot. Pise. Jac. Capell. Ligfoot. Hamm. Le Clerc. alii plures.

i Hebr. 13. 24. k Chryl. in Ep. ad Rom. Prolog. l Theodoret. Prolog. in Rom. m Mf. Alex. ad calcem hujus epist. n Capell. ap- pend. ad hist. Apost. Spanhem. part. 2. c. 4. n. 8. Bar- ron. Blondel. Uster. o Hebr. 10. 34.

p Chryl. Theo- doret. Prolog. in Ep. ad Rom. Theophyl. Pro- log. in Ep. ad Hebr. Barom. Blondel. Uster. Spanhem. Til- lemont. alii passim.

q Philipp. 1. 26. Per meum adventum ite- rum ad vos. r Philem. vers. 22. Para mihi hospitium, nam spero per orationes ves- tras donari me vobis. s Hebr. 10. 32. 33.

t Hebr. 10. 34. u Ann. Christi 62. in Pas- chat fest. Vide Euseb. l. 2. c. 23. hist. Eccl. x Hebr. 13. 7. y Hebr. 10. 34.

Sacerdotii virtutem confirmat; hinc Sacer- dotii Aaron, & Sacrificiorum legalium abrogationem concludit; novum Fœdus, novumque Testamentum, quod Veteri suc- cessurum Propheta promiserunt, Christi esse Religionem ostendit. Longo demùm Patriarcharum, Prophetarum, & Veteris Testamenti Sanctorum, quorum merita & Fidem efferet, catalogo intexto, per Fidem nos Deo acceptos fieri demonstrat.

Cum verò non modò apud Judæos in- credulos invidiam sui nominis creatam sci- ret, sed etiam apud Judæos infideles, quod se Legis, & caremoniarum hostem du- cerent; prudenter nomen suum retinet, suamque Apostoli dignitatem neque initio præponit, neque ullibi per totam Episto- lam interferit (z). Veritates autem, quas stabilendas aggreditur, ita confirmat, va- lidis aded argumentis fulcit, eaque animi moderationem proponit, ut vel pervicacio- res & ab eo magis alieni, dulci quadam vi in ejus sententiam pertrahantur. Præ- terea, quod propriè Hebræorum non esset Apostolus (a), sapienter à suo nomine ab- stinuit, ne quod ad solamen, & documen- tum scripserat, in offensionem, & perni- ciam verteretur. Principium saluatorium, inquit Augustinus [b], de industria dicitur omisisse, ne Judæi, qui adversus eum pugna- ceter oblatrabant, nomine ejus offensi, vel inimico animo legerent, vel omnino legere non curarent, quod ad eorum salutem scrip- serat. Illud etiam accedit, quod propter studiosissimam erga Christum, de quo per totam Epistolam differendum sibi statuerat, reverentiam, à suo nomine, & dignitate abstinerit (c).

Quod Pauli nomen ab Epistola non præ- feratur, quosdam idcirco Pauli non esse opinatos scimus (d). Veteres quidem, ut eam Paulo eriperent, hoc usi sunt argu- mento (e). Alii Epistolæ initium interci- disse censuerunt (f). Nos verò in adver- sarios argumentum cum Primasio optime retorquemus (g): Si enim Pauli non fue- rit hac Epistola, quòd Pauli nomen non præferat; neque erit alterius, cum nullius nomine inscribatur; vel ad summum, si ad aliquem, ad Authorem incognitum, & ano- nymum pertinebit. Verùm iis characteri- bus hanc Epistolam instrui, ut Paulo omni- nò tribuenda sit, & revera à Græcis sem- per, à Latinis verò quarto ab hinc sæculo ei adscriptam fuisse, satis superque paulò ante ostendimus; quare & in præsentia Paulus ejusdem Author censendus est quam- quam in eâ Pauli nomen non legitur.

Veterum, & Recentiorum Interpretum plerique ad Jerosolymæ & Palæstinæ Ju- dæos hanc Epistolam directam statuunt (h), quibus sanè Hebræorum nomen potissimum congruebat, cum cæterorum Provinciarum Hebræi Hellenistarum nomine appellaren- tur. Cum Apostolus ad eos invisendos se adventurum (i) spondet, nonnisi Palæsti- nos, & Jerosolymitanos præsertim alio- quitur; quomodo enim omnes omnino Im- perii Provincias se peragratum promitte- ret? Cæterum eos peculiariter describit, ubi eos æquo animo bonorum rapinam per-

tulisse meminit (k). Judæi, qui nomen Christo dederant, crudelioribus in Judæa, quam in cæteris orbis partibus, calamita- tibus ab ipsis eorum fratribus afflicteban- tur, quod Hebræi Fidei hostes potentio- res ibi essent, & studiosiores, ut Christi nomen prorsus everterent.

Si verò Paulum ad Palæstinæ Judæos potissimum scripsisse constat, quomodo cum eo cohareat, quod antè asserimus, vide- licet S. Petrum de hac ad Hebræos Epi- stola, in sua ad eosdem per varias Asiæ Provincias effusus, idcirco meminisse, quod Petrus ad eosdem, ad quos & ipse, Apo- stolum jam scripsisse sentiret?

Hanc everfurus objectionem Spanhemius (l) respondet, 1. eam fortè Epistolam ad omnium Asiæ Provinciarum Judæos fuisse directam; quod utique is, quæ antè dixi- mus, innixi penitus improbamus. 2. Apo- stolum ad Palæstinæ Hebræos potissimum scripsisse, & ea propter iis præsertim se citò ad eos adventurum promississe: quo- rum tamen minimè prohibebatur, quominus Epistola ad omnes, ad quos Petrus post annum circiter scripsit, perveniret; quare Petrus de captu difficillimis antea Pau- lum ad eos scripsisse, meritò in eorum me- moriam reduxit. Hæc plausibilior, quæ asseratur, solutio; sed nihilominus pluri- bus difficultatibus adhuc obvolvitur.

Illud utique in hac Epistola animadver- tendum, quod Paulus solos Hebræorum Fideles alloquatur, neque ullo vix docu- mento eorum Præsules instituat (m). He- bræos tantummodò rogat, ut suis Præ- sulibus suo nomine salutem impertiant, ut eisdem cultum, & obedientiam præstent, ut eorum mores, & fidem imitentur, ut denique munera omnia erga ipsos æquo animo adimpleant. Quod quidem in Pauli sapientiam & modestiam referendum duci- mus; Ecclesiæ enim Jerosolymitanæ Præ- positus, qui vel ex Apostolis erant, vel ex Christi Discipulis, in quos nulla sibi erat auctoritas, se noluit Præceptorem exhibere.

Animadvertendum præterea, à Vetu- stis plurimis Mss. (n), & ab iis fermè omnibus, quæ D. Epiphanius evolvit (o), à Theodoro, à Synopis sub Athanasi nomine Authore, ab Euthalio, à Mf. Alex- andrino, & ut alia plurima præterea- mus, ab altero Costantinianæ Bibliothecæ vetustissimo (p), quanti nempe, ut ajunt, vel sexti sæculi, statim post secundam ad Thessalonicenses hanc ad Hebræos Episto- lam recenseri. Qua de causâ id præsti- tum fuerit, incertum. Sunt qui putent, ut Epistolæ ad Ecclesias simul congestæ, ab iis, quas Paulus ad quosdam peculi- ariter dederat, fecerentur (q). Eccle- sia, juxta Theodoretum (r), post Epi- stolas ad Thessalonicenses, hanc statim constituit, ut inter Canonicas Epistolas, & inter Pauli opera & hanc à se enume- ratam ostenderet. Addit præterea Theo- doretus, hanc inde ab Ariani amotam, post Epistolas ad Titum & Philemonem locatam fuisse, ut eam S. Paulo eriperent, & canonicam ejus auctoritatem everte- rent.

Theodoret. Theophyl. An- brosiast. i Hebr. 13. 23. k Hebr. 10. 34.

l Spanhem. de Auth. Ep. ad Hebr. part. 1. c. 2. n. 8. 9.

m Hebr. 13. 17. &c.

n Alex. parv. 3. Kor. 2. Colb. 7. Tres Mss. penes Bezan, & Cod. 29. Biblioth. Cois- lin.

o Epiphan. hæres. 42. Mar- cionis. p Cod. 202. Bi- blioth. Coislin.

q Beza, Mill, i Theodoret. Præfat. in Ep. ad Hebr.